in Gallias ac hispanias. Origo brabantinorum & flandrorum. quo recens germaniae voca-
bulum inventum. Reges Germaniae a condita vrbe, resq gestae vsq ad dnm Julium

Quartus liber habebit magnitudinem romani Imperij cum vrbibus insignioribus, Rem militare,
Reges Germaniae ac gentes, resq gestas cum romanis Impp: vsq ad obitum Theodosij magni.
Quae sit splendidissima Colonia raetia. Item Civitas hermundorum fida romanis, Quisnam Albis
fluminis, quem tacitus olim inclytum & notum, nunc tantum audiri, et apud Hermunduros populos
Iovius comemorat. danubianos oppositos raetis, Qui primi, Arcana pietatis christianae in nostris regionibus
aspernerint.

Quinto libro haec narrabunt. franciae (vsq ad Pipinum patrem Caroli magni) antiqui
Reges, qui simul in Gallia & Germania imperarunt. gallias in germanias transtulerunt,
quorum mentione faciunt Claudianus & Sidonius. Maxima rerum mutatio, quae vbiq
perculit Christianos. Irruptiones Germanorum in sacrosanctum Romanum Imperium,
Suevorum. Rugiorum. Lancobardorum. Tarogorum. Boiorum. vandalorum. Saxonum. Scotorum.
Angliorum, Ostrogetarum. Vestrogetarum. Burgudionum. Alanorum Hunnorum Avarorum,
Abiorum et Aniorum. Burgundionum veteres sedes. quo ex Germania interiore atq
vistula amne: ad Rhenum et Gallias migrarunt. Vestrogetarum migratio (ex regno vt
nunc nominant vngariae) per Italiam, gallias in hispaniam. Item Suevorum Atq vandalorum
Navarrorum & varnorum: Alanorum vsq in africam. Irruptio Ostrogetarum in asiam,
rursq in europam, Noricum & Austriam pannoniasq reditus. Atq deinde simul & Ru-
giorum ex Austria in Italiam migratio. Venedorum (qui sua lingua vt diximus ante sclavi
sunt): quos Jordanus noster, ptolemaeus graecus, Tacitus romanus, Albertus sclavus,
describunt: Irruptio in Germaniam interiorem, et postea transito Danubio, in panno-
nias Noricum liburniam. Dalmatiam. Nam e sinu venedico, extremisq Germaniae finibus
egressi illyricos vsq penetrarunt sinus, longe lateq omnia occuparunt. potentissima regna con-
diderunt. Lancobardorum vera origo situs. Item Angliorum sive Angilorum, quas Nationes

Sueuiæ Tacitus & ptolemeus tribuunt Recentiores Saxonibus, qui Italiæ oritanias adhuc
tenent, vtraque natio: teste ptolemeo: quondam Longobardi siue Langobardi dicti. Bra-
bantiæ vetusti reges et duces. Omnis nobilitas reges principes Italiæ, Galliarumque hispaniarum
ex Germania originem ducunt. Quo Germaniæ vetus vocabulum mutarit, franciaque
posthac dicta fuerit, teste etiam diuo hieronymo.

Sextus liber continebit, Reges ac Cæsares germaniæ ac galliarum, ex Antiquis franconibus
prognatos vsque ad Noricum hodie primum, Austriæ varia nomina. Excidium Hunnorum & auarorum,
Aduentum Vngarorum in regnum Morauiæ & Boiariæ ac regiones quas nunc possident.
Bella eorumque aduersus nostros Impp: quos et tributarios fecerunt

Septimo dicent Impp: nostri ex Saxonia oriundi, vetus rursus germaniæ vocabulum
obliteratum Nomenque receptum ab Impp: saxonicis, Res gestæ eorum, quo rursus italia, gallias
recuperarit, Germanias ab vngaris asseruerint, Danorumque regna domuerit, Cimmi venedis

Octauus liber habet Francorum Impp: atque eorum Augustam sobolem, Sueuos: Bella sacra Ger-
manorumque Expeditionesque asiaticas Impp: & principum nostrorum. Tartarorum irruptiones
in polaniæ Boiemiæ Vngariæ regna.

In nono referet Impp: nostri in hollandia, hispania Anglia Austria. habsburgij
Lucilloburgij Nassoniæ Boiaria, orti, polania quo regnum factum.

In Decimo commemorabunt vsque ad nostram memoriam Impp: nostri in Austria, Boiemia,
vngaria hispania orti. Irruptio tartarum in Europa vnaque Impp: Reges & prin-
cipes nostri. Quinque bella infausta aduersus Boiemos ab Impp: & principibus nostris
gesta, Noua nomina Germaniæ præcipue militantium, quibus vulgo apud exteras nati-
ones nuncupari solemus. Complura alia, vulgo non protrita, ex vetustis recentioribus
Impp: et Pontificum nostrorum eruta diplomatibus: cognitu vtilissima, lectuque iucundissima,
in hisce referentur commentarijs, quæ hic indicare nihil operæpretium fuerit